202

# Decretum Regis inter Duces Masoviæ et eor subditos

Sigismundus etc. Significamus Quia cum nobiles Terræ Visnene quærerent nobis, quòd Illmi Domini Anna Mater et Stanislaus ac Janussius Filii Duces Masoviæ. Illis Jura et immunitates, à Praedecessoribus Nostris concessas, servare nollent et nos meminimus et scimus, eis ab ipsis Praedecessoribus nostris, et præsertim, a Serenmo olim Domino Rege Alexandro Fratre nostro Charissimo, nonnullas fuisse datas immunitates, et Privilegia, nosquè cum eisdem Privilegiis et Immunitatibus Terram ipsam Visnensem, dictis Dominis Masoviæ Ducibus dedimus, et tradidimus. Decernimus unà cum Consiliariis Nostris Regni Poloniæ, quòd Illis eadem ipsa Privilegia et immunitates, quas à Prædecessoribus nostris habent, Domini Duces Masoviæ servare et tenere debeant, ne ea Illis ullò modò infringere valeant – In cujus rei testimonium – etc.